



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 27. Leges contra Hæreticos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

rentur, quia, inquebant: *multi sunt vocati, pauci vero electi*; quod illo tempore non dicebant, ut observat Socrates, quo magna sua in aulis potentia majorem populi numerum ad se rapiebant.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos.

Illo anno Imperator aliquas leges tulit, *Soz. VII.* quibus hæretici conventus agere prohibebantur, ad id S. Amphilo- *c. 6* chi Episcopi *Theod. V.* Iconiensis forti facto excitatus. Paulo *c. 10.* ante, nempe mense Januario ejusdem anni 383. Theodosius Filium suum Arcadium, vix expleto vitæ sexennio, Augustum declaraverat, & cum S. Amphilo- *Soz. VII.* chus quadam die, aliquot Episcopis *c. 12. Chr.* co- *Pasch. pag.* mitantibus, in Regiam venisset, exhibitis *304.* Imperatori consuetis reverentiæ signis, filium ejus Arcadium, quamvis Parenti proximus staret, nullo honore profectus est; credidit Theodosius filii sui præsentiam ab Episcopo non observari, monuitque, ut filium, jam Augustum, debitis obsequii signis honoraret. S. Amphilo- chus accedens, puerumque manu demulcens, dixit: *bona dies! fili mi!* Imperator offensus, jussit, ut crudum Senem e conspectu depellerent; cumque jam ad fores protruderetur, ad Theodosium vultu converso, & vocem extollens, dixit: *Filium tuum sperni, ferre non potes! scias*

Zz 2

vero

Sæculum IV. *vero, non minori odio Deo homines illos esse, qui cultum, sibi debitum, filio suo negant!* Theodosius, Episcopi Sapienciam admiratus, ad se revocato, ignovit, statimque legem, conventus hæreticorum prohibentem, sicut S. Amphilochus petierat, condere decrevit.

Arcadius Augustus.

Hinc lex superest ad Posthuvianum, L. II. Cod. Prætorii Orientis Præfectum, missa, & Th. de hæc. data Constantinopoli, octavo Calendas Augusti, Merobauda, & Saturnino Consulibus, id est, 25. Julii anno 383. & illius ferme Concilii tempore, qua omnes hæretici conventus agere, etiam in domibus privatis prohibentur, facta omnibus Catholicis eos coercendi licentia. Alia

L. 12. *ibid.* lege ad eundem Posthuvianum directæ, & data trigesima Septembris, eadem prohibitio iteratur, atque Apollinaristæ Ariani, & Macedonianis, in priori lege nominatis, adjunguntur. Per hanc Hæreticis neque ruri convenire licet, nec Episcopos ordinare. Domus, in quibus congregati fuerint, Fisco abscribuntur; eorum Doctores, & Ministri publici pellantur, & ad locum suæ nativitatis mittantur; tandem minæ adduntur, a Ministris Prætorum, si negligentia rei fuerint,

L. 13. *ibid.* poenas reposcendas; hanc tamen legem Soz. VII. non illico accurate fuisse servatam, ex eo 6. 12. patet, quod videamus, idem iterato præcipi lege edita duodecimo Calendas Febr. id

id est, 21. Jan. anni sequentis. Quippe, ^{Sæculum IV.}
 cum Imperator Theodosius nihil magis ^{A. C. 383.}
 percuperet, quam Hæreticos ad Eccle-
 siam reducere, terrere, non nocere vole-
 bat. In dicta lege de Novatianis nulla
 mentio, quod in materia Trinitatis cum
 Catholicis consentirent; hinc ipsi rursus ^{Socr. V.}
 in urbibus congregari cœperunt. ^{c. 10.}

Circa idem tempus, nempe vigesima ^{L. 2. Cod.}
 Maji, Theodosius alteram edidit legem ^{Theod. de}
 contra Fideles, & Catechumenos, ad Pa- ^{Apost.}
 ganismum revertentes, ablata testamen-
 tum condendi facultate. Valentinianus ^{L. 3. Cod.}
 junior in Italia aliam promulgavit eodem
 ferme tempore contra triplicis generis
 Apostatas, nempe Christianos ad Paga-
 nos, Manichæos, & Judæos deficientes,
 eorumque Seductores. Anno sequenti
 384. Theodosius legem tulit, Judæis pro- ^{L. 5. C. Th.}
 hibentem, ne servos haberent Christia- ^{de contr.}
 nos, aut eos ad Judaicam superstitionem ^{emp.}
 pellicerent, adjecta pœna, ut circa tales
 jure Dominii priventur.

§. XXVIII.

Mors Gratiani. Maximus Imperator.

Inter hæc orta est seditio contra Gratia- ^{Zof. I. IV.}
 num, semper in Galliis adversus Ger- ^{p. 760.}
 manos bellum gerentem: Maximus, na- ^{Oros. VII.}
 tione Hispanus, copiis imperabat in Bri- ^{c. 34. Vi-}
 tannia, ubi sub Theodosio militaverat; ^{tor. in epist.}
 Grati-
 cujus fœderatum se dicebat, ejusque ad

Zz 3 Impe-